



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Cruce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Epistola V. Ad Matrem Eleonoram à S. Gabriele Monialem Carmelitam  
Discalceatam in Conuentu Cordubensi. Docet eam quomodo egredi  
oporteat de terra & à notis ad faciendum voluntatem Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

## EPISTOLA V.

AD MATREM ELEONORAM à S. Gabriele  
Monialem Carmelitam Discalceatam  
in Conuentu Cordubensi.

*Docet eam quomodo egredi oporteat de terra &  
à nobis ad faciendum voluntatem Dei.*

**I**ESVS sit in anima R. V. mea in Christo filia. Gratiago R. V. pro epistola tua, nec non Deo, quod ipsius opera uti voluerit in istius conuentus fundatione. hoc siquidem ideo à Diuina Maestate factum est, ut R. V. magis perficeret. Nam quo plura donate cogitat, eo magis illa nos efficit desiderare, donec nos omnino vacuos reddat, ut sic bonis suis cœlestibus impleat. Optime soluta erunt bona Hispali nunc à R. V. relicta amore sororum: ex eo namque, quod Dei imensa bona non capit, nisi cor vacuū, & solitarium: propterea Dominus (quia amat R. V.) vult ut bene sit solitaria, cupiens ipse omnem societatem R. V. exhibere, eritque necessarium ut R. V. applicet animum, quatenus ipso solo sit contenta, quo sic in ipso inueniat omnem consolationem. Licet enim anima in cœlo versetur, nisi ad illud amandum voluntatem applicet, nequaquam erit satisfacta: sic etiam nobis euenit cum Deo, quamuis. n. semper nobiscum sit, si alteri rei cor affixum & minime solitarium habemus, nequaquam contenti erimus. Non dubito quin Hispalenses sentiant ibidem solitudinem ob absentiam R. V. sed fortassis iam inibi profuerat, quantum poterat; nunc vero voluntas Dei est, ut etiam prosit apud nos: nam fundatio ista numerari debet inter præcipuas, quare conetur R. V. multum iuuare Matrem Priorissam, in omnib. rebus magna cum

vnanimitate & amore, licet non ignorem esse superuacuum V. R. hoc commendare; utpote quæ tanquam annosa, & experta, optime nouit, quæ solent accidere in hisce fundationibus: idcirco enim R. V. selegimus, det Dominus R. V. spiritum suum. Segobrida 8. Iulij 1589.

*Fr. Ioannes à Cruce.*

## EPISTOLA VI.

Ad Sororem Magdalenam à S. Spiritu Monialem Carmelitam Discalceatam Cordaba.

*Vbi eam confortat ad patiendum incommoda, quæ in nouis fundationibus sese offerunt.*

**I**ESVS sit in anima tua charissima in Christo filia. Gaudis sum videre proposita, quæ per epistolam ostendis, benedico Deum, qui providentia sua omnia disponit: satis enim tibi erunt necessaria in hisce fundationum primordijs, ad ferendos caloris æstus, angustiam loci, paupertatem, & labores in omnibus rebus: ita tamen, ut nemo percipiat verum tibi molesta sint, an non. Vide quod Deus in his principijs quærat animas non desides, & inertes, neque delicatas, & suauitantes; ac propterea tunc Diuina Mater peculiariter præsto est; adeo ut modica adhibita diligentia, possint in omni virtute proficere: & sane fors magna, & signum Dei fuit, alijs prætermisiss, te eò adducere. licet enim multum constare deberet quod relinquis, nihil plane est equidem cito etiam illud relinquendum erat. ut autem Deum in omnibus habeamus, oportet nihil nos in omnibus habere. Cor enim quod vnus est, quo pacto totum alterius esse potest? Sorori Ioan-

B.  
Joann  
à Cruce

Opera  
mystic  
NIV  
129